UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm, Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani Prouincias, Liber Singvlaris

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Sancti Petri Collegivm Oirschotanum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

Visual Library

S. Martini Roſſemienſe in Bomelia inſula.
S. Seruatij, Hemertanum, quod ſedem ſuam habet in pago Bomeliæ inſulæ, quem *Hemert inferius* vocant.

SANCTI MARTINI ET SANCTAE *Dimpuæ Gelenſe in Campinia.*

IN eadem diœceſi ſunt duæ Abbatiæ, *Tongliloa* & Berna, ordinis præmonſtratenſis, Item *Poſtulo Præpoſitura* & celeberrimum hoſpitale. Sunt inſuper duo prioratus Canonicorum regularium videlicet *Corſſendouca*, apud Turnhautum municipium, & *diuina* olim prope Eindhouiam nunc in vrbe Siluiducenſi.

SANCTI PETRI COLLEGIVM *Oirſchotanum.*

IN Campinia Oirſchonum inſigne eſt municipium, vbi *Botgin* nobilem olim virum imperaſſe ferũt: cuius filius *Odulphus*, æuo Caroli Magni ac Ludouici Pij Vltraiectenſem ſanctitate illuſtrauit Eccleſiam: vt tradit Petrus Diuæus lib. 1. Rerum Brabanticarum.

Eſt in hoc municipio inſigne Canonicorum Collegium.

S. ODAE COLLEGIVM RODANVM ET *S. Petri Hiluari-Becanum, in Campania Brabantiæ.*

S. ODA Virgo, filia, vt fertur, Regis Scotorum cum cæcitate eſſet correpta, fama